

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Widmungsgedichte

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1185)



IN
ROBERTI KEUCHENII
Viri Clarissimi
ANIMADVERSIONES
AD SEXTUM JULIUM FRONTINUM.

ARTIS Pelasgas, Lector, illustres dolos,
Laudata belli furta, legitimum nefas,
Fucos viriles, fortitudinem vaftram,
Fraudes venustas, nobiles versutias
Et laureatas, ipsa queis victorias
Debere victrix Roma cum posset suas,
Non hesitavit, quantus olim saculo
Donavit autor, penè tantus saculo
Autor redonat: Vix utri plus debeas,
Prisco an recenti, ritè desiniveris.
Tantum fatere; Munus hoc non JULII
Post se latentis esse, sed KEUCHENII
Tibi otioso devotentis hanc quoque
Industriam, quod obrutum longo situ,
Et penè sic inutilem, sic noxium,
Ut ipsa fraus legentibus fraudi foret,
Clarum, expolitum, de tenebris erutum,
In Sole postum, & explicatum denique
Semel explicata fronte FRONTINUM legis.

CONSTANTER.



IN
FRONTINUM
à Clarissimo Doctissimoq; Viro,
ROBERTO KEUCHENIO,
Recensitum ac notis illustratum,

EPIGRAMMA.



UEM Pallas, quem Diva Themis sibi vendicat,
& qui
Pegaseas largis imbribus hausit aquas :
Nuper adorando cecinit qui carmine Regem,
Quem solius Angli restituere suis :
Jam nunc FRONTINI doctâ Strategemata, Lector,
Illustrata manu dat tibi KEUCHENIUS.
Quam reddes, meritæ quæ par sit gratia laudi ?
Quam, quæ sit tanto gloria digna Viro ?
Da lauros, frontemque hederis ac tempora cinge,
Quæ quondam doctæ præmia frontis erant ;
Atque istos gratus mecum venerare labores,
Si tibi frons, doctos si reverenter habes.

J. WESTERBAEN.

DE



DE
SEXTO JULIO FRONTINO,

Illustrato ab elegantissimi ingenii Viro
ROBERTO KEUCHENIO,
Jcto.

Et Poëta Elegantissimo.

F *N* *militaris arèâ prudentiæ*
FRONTINUS *illustratus à* KEUCHENIO
Iurisperitus à perito juris est.

Hujus laboris indolem GELRIS suis
Mavortio quadrare populo credidit.

FRONTINE *frontem jam serenus explica,*

Postliminiquè jure pristinum togæ

Iubar Quirine gloriosus vendica,

Adorcæque consulari nobilis

Victoriosos Martis expedi dolos,

Orbemque demerere literarium :

Et Gratiarum corculo KEUCHENIO

Exolve gratus, quas meretur, gratias,

Qui virgule acrimoniâ Censoriæ

Notavit, expunxitque sciorum nefas,

Purumque putum reddidit temet tibi.

J. WITTEN.